

gloriam sibi, aliisque relinquit pondus gloriæ: verum oneri succumbit; quia invalidos humeros ad tantam molem meritorum imbecillitas non habet. Si ergo fieret virum meritorum cum honoribus mensura, nullatenus fieret principatus spina. Affectio proterenda est in munerum distributione, ne inhabilis honore, gratiâ afficiatur dedecore, & amaritudine: quoniam affectus indigno impartietur pondus, dum conferunt munus. Vulnera, quia dignitas ultra merita. Spinam cordi pro demonstratione gratiæ. Molestissimum officium, ac ærumnosum obsequium. Molem pro splendore munerum; quippe auctoritas ultra mensuram ordinatam meritorum.

15 Aliter perciti furore affectionis, & agitati stimulis necessitudinis, quin alienis exemplis, & ruinis sapiant, suos, digniores dignioribus iudicant; nescientes spinam nequire esse rosam, neque plumbum aurum, licet illuminetur fulgore Solis, & dignitatis, siquidem munus fulget iuxta qualitatem recipientis. Sapientia dicit, quod rami illius (non vitæ) dotibus sicce, & muneribus floridæ, quæ magis congruunt igni, quam viduariorum florentiâ idest distributiones dignitatum ex iure, sunt Honoris, & gratiæ. Gratia honor est: quoniam si indigno dilecto conferatur beneficium, nihil increverit inter beneficium, & odium. Gratia honor est, ubi munus iuxta mensuram rationis, haud iuxta suffragia voluntatis: equidem, ultra merita non est gratia: & dicitur dignitas Honoris, & gratiæ, ubi qui accipit, est dignus gratiâ, & honore. Gratia in indigno non est honoris, sed summi prorsus dedecoris; igitur patet vacuum cerebrum, & recipientis, & dantis. Vide quæ diximus Tautol 3. Didasc. 11.

16 Elevantur ab hominibus amoris idola, ut adorentur sicut Gentium simulachra. Proh nefas! Aulica levitate, & invita cognitione, Opus manuum suarum adoraverunt, quod fecerunt digiti eorum: & incurvavit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis. Iuste: crudelis indulgentia, ubi vir, & homo fatagunt dignitatum per indigna: gauderent exultatione, dum non essent homines, & viri: sed iure puniendæ proleccio, ubi ludibrijs humiliator homo. Hispan. Un hombre, que tenga respeto à un trasfol. Elevantur ut idola in dignitatum superiorum culmina. O; habent, oculos habent, aures habent, naves habent, manus habent, pedes habent. Hæc David: cur ergo non dicit: Caput habent? Sensus in capite sunt. Ubi ergo caput? Non habent caput in regimine

muneris, sed formam capitis. Sunt polita deaurata in throno, cæterum nihilo. Floridæ, & falsæ idiomate vulgari: Muy pulidos, muy dorados, Narcisos de su grandezza, para maldita la cosa.

17 Perpende in hominibus, quod in simulachris hominum. Ubi miseriam inopes sublevandam his idolis exponunt; invenient simulachrum, quod oculos habet, verum non videt. Ubi pro gratia clamat amaritudo cordis; tumpens penetralia pectoris; obviat sculpsile, aures habens, & non audiens. Ubi præcavere debet nare præstaga damna Reipublicæ, curâ vigilantior; imago pulchra hominis exponitur, quæ naves habet, & nihilum odoratur. Ubi unico verbo potest querulo conferre, & remedium, & solatium; appareat idolum, cum quo licet clamans subditus de iniurijs queratur, nec verbum loquitur. Ubi properato est opus: ne grassetur scelus; rutilat statua, quæ manus habet in inquisitionem, sed non palpat, & palpanis iniquitatem. Ubi levi diligentia quit præstare subsidium; in effigiem hominis notatur conversum saxum, quod pedes habet, ut exerceat potestatem, sed non ambulat, quia nequit movere pedem; Incumbit his regimen, sed in illo non sunt homines, tunc sanè levigati honoris specie, bræteatæ statuz, vivæ figuræ, animata ligna, exemplaria, & idola; quæ formam capitis habent, & carent capite, carentes operatione. Sunt in throno sine actione vel leviter exprimente vitalitatem, nisi versus dignitatis splendorem. Corpus sine anima, anima sine vita. Operationes corporis exprimentur mentis, & mentis, capitis. Quia cordis idola, quin adessent merita; affectus indignos elevarunt ad culmina: sed apparuit, elevatos ad cupitam dignitatem, nullo modo habere caput in regimine.

18 Vistum de suscipientibus, etiam lucret de electoribus. Similes illis fiant qui faciunt ea: imprecatur David ibid. Mactæ suffragiis potentes. Plaudite fulmen: quandoquidem fruemini adoratione plenâ, sicut quæ fecistis idola. Mactæ. My. Hem! Non est gloria, sed ignominia: igitur si sunt similes eis in honore, apparebunt sine capite. Sine capite quia amicum eligunt, & ex proprijs propiorem diligunt? Profecto non eligunt illorum merita, quæ prorsum nulla, sed illis dona. Unde in electoribus patet, quod caput non habeant ad eligendum; cum patet electos non habere ad imperandum. Similes ergo illis sunt qui faciunt ea, ut respiciant contemplantes idola. Quid ultra faceret odium, ubi ita dedecorat benefici-

Quam grave suum in indigno!

Affectio quam ut sana!

Ecclesi. 24. 22.

Gratia male merito non est bono viri, sed turpitudinis.

Isai. 2. 8. 9. Reversaria idola indignissima hominibus proleccio.

Psalm. 113. 5. 6. 7.

Inutilitas india quorum quanta, & quilibet

Carentes capite, carentes capilli operatione.

Psalm. 113. 8.

Caput non habet eligentes in digno, & electi in dignitate

Par pari iungatur.

Aulon.

Tacit. Merita, & sepulchra in lauro fulget Senec.

Luna minor, quia nobis propter.

Ovid.

Senec.

Indigni quod pius debent, magis in gratia.

nescium? Sit gratia iuxta merita, & erit maxime grata. Respondeant munera dotibus: etenim ut canit Antonius ex Solone in Ludo Septem Sapient. Par pari iungatur. quicquid impar desidet. Haud absconduntur merita, licet abstrusa. Præfulgebant Casius, atque Brutus ait Corn. Tacit. lib. 3. Annal. cap. 76. Ieo ipso, quod effigies eorum non visabantur. Et Senec. Epist. 19. In mediis te protulit ingenij vigor, scriptorum elegantia, clara, & nobiles amicitie: tanta notitia te invastit, ut si in extrema meritis, ac penitus condaris, tamen priora te mōstrabant. Tenebras habere non potes: sequitur pristina lucis multum, quocumque fugeris. Stellæ coram Sole non cernuntur, sed adfunt: sede propria maiores sunt, quam Luna elata, quæ Maior nobis, Quia propior nobis; de quo Silvester à Petra-Sancta lib. 8. Symbol. Heroic. cap. 5. Per se stellæ sunt electæ: fulgerent condigni sicut stellæ, sed ut canit Ovidius lib. 11. Metamorph. Fabul. 7. Obest quoque gloria multis.

Gloria nova queritur amicis, & non meritis, licet formicæ sint orbis dignitatis ludici Atlantes. Gloria queritur anxie, at evanescit iure vel in ipsa inquisitione. Perpendite miserii. Nullum habet maius malum occupatus homo (ait Seneca ubi supr.) & bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est: quod beneficia sua, efficacia iudicat ad conciliandos amicos, cum quidam quod plus debent, magis oderint. Respicite. Idem itaque exitus est odij, & amoris infanti.

DIDASCALIA XIV.

Nihil tam regium, nihil tam munificum, quam potestas humanitate comite.

Plu a c.

Sol comes Gratiarum Char. Vincit corda Principum gratia. Plin.

2. cap. 96.) cautes fiat horrenda uno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur, resistens. Symbolum patet in dolis hominum sub potestate degentium: siquidem qui lapideo pectore, & gravi corde retundunt imperus auferre procaciter imperantium, suavi Minervæ crepitu digituli proclive commovebuntur. Hiscit adamas sanguine, non ferro, nec igne. Capillo ducitur, qui sonibus non ducetur: quippe ut canit Claudianus in Nuptijs Honorij, & Maria, v. 320. Celsa potestatis species, non voce feroci, Non alto simulata gradu, non improba gestu. Sed leto vultu cum maiestate, cui inest tanta potestas, quanta affabilitas.

Sub viri potestate eris (dicitur scemina prævaricatoric) & ipse dominabitur tui. Non fat dominij, dum exprimitur esse sub potestate: Non fat. Quid interest, quod Princeps habeat colla subdita, si non habet subditorum corda? Nihil pretiosum, quod ab invito. Nihil amari obsequentis ingrato obsequio: quippe intervenit potestas, & concunvenit voluntas. Unde S. P. N. Benedictus, optimus ductorum fortunatissimus Patrum cap. 64. Regal. Sanct. de Præfide dicit: Studeat plus amari, quam timeri. Licet habeat ius potestatis, non habebit dominium dilectionis: ac invitis cordibus exhibitio obsequiorum, nullum habebit in potestate dominium: quapropter habens scemina sub potestate Adamus, adhuc constituit dominus; igitur perperam in potestate, placido gaudebit regimine; ni potius dominetur amore, quam potestate. Potestas, & potestatis dominatio iniungitur erga scemina viro. Amor est ex dominatione, timor verò ex potestate: & signatur meditanter auctoritas potestatis, & dominium dilectionis; quippe quam ni accedat amor, aliquid est in subditis, quod non subicitur.

2 Principatus Christi à Paulo proponitur huiusmodi iare, & grata dominatione. In eo enim, quod omnia ei (Pater) subiecit; nihil dimisit non subiectum ei. Qui dicit omnia, nihil excludit: ad quid igitur additur: Nihil non subiectum, si Filio cuncta subiecit? Quia plura subdita non sunt subiecta. Est ius potestatis, & etiam potestas amoris. Primum ubi timor: sed cum omnia vincat amor, & corda subditorum subdantur, quæ iure potestatis non subdita; per corda subdita omnimoda explicatur potentia: quoniam homines, quos subiecerat perfuso cruore, iterum acquisivisti suavitatem. Omnia subiecit & amore, & potestate: si cor subdatur, nihil ergo reliquit non subiectum. Du.

Harpasus cautes qualiter

Claud.

Gen. 53. 16.

Nil pretiosum quod ab invito.

S. Benedict.

Amplius potest affabitas, quam potestatem.

Heb. 2. 8.

Omnia vincit amor.

Iud. v. Dominator, & Dominus est. Dominus potestate, Dominator dilectione: hoc est insigne Principum: quippe nihil regium, quod sint domini auctoritative dignitatis, ni humanitate victrice, sint cordium dominatores. Unde Martialis Epigram. 2. Spectacul. lib. ait: Reddita sibi Roma est, & sunt te præsidae Caesar.

Mart. Delicia populi, qui fuerunt Domini. Qui, non qua lego cum aliquibus: igitur civitatis fortuna, quod qui tyrannide, ac austeritate domini, fuerint subditis humanitate delicia; ac Viverent cum Imperatore, quasi cum patre: aptius quam Martialis dederitabili Domitiano, dixit Plinius de Traiano, in Panegyric. Domini non iudicabatur, nisi quantum possent adversus eos experirentur, per quos ceperant posse (uti ait, & taxat Seneca Epist. 90.) & ubi clamore subditorum videbatur Polyphemus, Nec visu facilis, nec dictu assabilis ulli.

Virgil. Nequaquam successor erit Abrahæ domus, & nobilis principatus, Homo ferus; qui auctoritate regiminis vitiscans vineam, singularis ferus depascatur eam. Lucet magis Superioris potestas, ubi auctoratur humanitas; & sunt in folio magis amabiles, quo præstant cunctis dignitate superiores.

Genef. 36. 12. Imitamini, quoniam suavis est Dominus. Dominus Iesus, qui non semel, sed per quadraginta dies præbuit seipsum vivum, apparet (hac lege, Superiores, qui non apparent, sunt mortui) loquens, & convalescens coram discipulis: Postquam locutus est eis, assumptus est in caelum. Etiam postquam assumitur, loquitur, ut observat Alapide, præbens normam Superiori: quandoquidem ambitiosus incessanter loquitur priusquam assumatur ad thronum; ceterum postquam assumitur in cacumina, nec verbum. Dominus Iesus. Nota Dominus. Nunquam, nisi modo, Dominus Iesus dicitur. Dominus iure erat, cui in caelo, & terra potestas tradita: cur ergo, cui iure omnium cedebat principatus, in ascensione ad thronum dicitur Dominus? Ut notetur in potestate dominantium, efficacius dominium. Plus debellat Princeps amore, quam potestate. Assumitur in folium, sed suaviloquijs solatur corda merentium: amplectitur subditos tanquam pater officijs, mulcet obsequiose verbis: & licet semper Dominus, Evangelista modo Dominum plaudit; quia ita humanum, se discipulis præbuit.

Marc. 16. 19. Locutus est. Ubi divinum ita humanum! Homo elevatus, est locutus; quia præcepta abdicat auctoritatis pro magnitudine am-

Marc. 16. 19. Locutus est. Ubi divinum ita humanum! Homo elevatus, est locutus; quia præcepta abdicat auctoritatis pro magnitudine am-

Humani zis, & comitatus, leonit asu lica. Non demitur qui domi natur, sed qui diligitur

ris. Quid statis aspicientes? dicunt discipulis Angeli. Ne subigatur maiestas, quæ potest respici? Amittunt bonum comitantur oculi, in cordium breve solamen. Ne aspicere bonum, crimen? Angeli ne (erit utique, quia in specie hominum) in gratiam maiestatis, percellunt officia amoris? In Deo homine, in Christo philanthropo Bene conveniunt, ac in una sede morantur Maiestas, & amor: sceptri gravitate relicta Ille pater.

Quod fecit de Iove cecinit Ovidius lib. 2. Metamorph. Fabul. 13. & ita pater esto Princeps, ut maxime offendatur humanior, ubi agnoscitur superior.

4 Victis morte, infernoque, surrexit à tumulo in aeternum gloriosus, & Magdalene apparuit glorie vestibus ornatus. Illa fervens animo, ut cognovit, ignem cordis exprimere amplexu intendit: sed dilectus faxò: Noli (dixit) me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum. Ergo ubi ascendit, permittes largè cordis flagrantis demonstrationes? Utique: modo Dominus diligeris, & diligeris: ad quid igitur ascensionis tempus? Ut diligat Dominus, Es, & iure. Sane: tunc amore. Capiuntur corda hominum humanitatis hamo, ubi Princeps est in folio. Plerunque homines, ascendentes in honorem, observant, vel affectant severitatem: Christus in diem ascensionis in caelum, servat meditante affabiliter studium; ut sagittet beneficis: corda hominum: siquidem quo magis maiestate sublimes, eò debent esse Principes humaniores; ut quos fugat solij gloria, vultus exhilaret gratia.

5 Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratie, dicebat Paulus. Thronus Christi est in gloria (ideo assumptus est in caelorum culmen, ut possideret honorem) non in gratia, quæ tantum hominibus communicat dignitatem: quo pacto dici potest thronus gratie, qui thronus gloriæ? Gloria est expressio Christi maiestatis, gratia verò dilectionis; & thronus Christi gloriæ, dicitur gratie; quia gloria plus rutilat in gratia, quam in gloria. Maiestas, hominum corda terrentur, ceterum gratia allocuntur: & dicit Paulus, adeamus ad thronum gratie cum fiducia, ubi exordiantur rationalia pectora; siquidem invenitur Principis hilaris gratia, in maiestatis inaccessibili gloria.

Nota. Sic venit, quemadmodum vidistis eum euntem, dixerunt Angeli. Venit ut iudex, assumitur in thronum cum discipulis loquens: & quemadmodum viderant eam euntem, videbunt in maiestate venientem; quia

Gloria Christi plus in gratia, quam in gloria.

A. A. 13. 12. quia

Ad. 2. 11. Gratia hu manitati in nu nere iudi

Ovid. Ed huma nior, quò superior.

In am pitori glo ria uti tur gra tia.

Ioan. 26. 17. In am pitori glo ria uti tur gra tia.

Ad. 19. Marc 16. 19. Christus est in cae lum ele vatus, quasi as sumptus.

Heb. 4. 16. Gloriam Christi plus in gratia, quam in gloria.

Ovid. Alloquor extremum maestros abiturus amicos, Respiciens oculis pignora chara meis.

A. A. 13. 12. quia

quia in humanitatis gratia lucebit ita dilectionis gloria, ut diffundatur gratia in laibus, etiam cum munere iudicis. Gratia est respectu nostri, qua digni efficitur gloria. Gloria est respectu sui, quousque meritis eius, conditio nanciscatur humana: & qui thronus in Christi ascensione est gloria, etiam erga eum exponitur thronus gratia; quippequam amplorem habet honorem, dum homines illius nanciscuntur dignitatem. Nostra dicamus (ait Gregorius Magn. Homil. 21. in Evang. an sua? Sed ut fateamur verius, & sua dicamus, & nostra: etenim inest illius gloria, ubi nostra gratia. Ideo ascendens in altum, Accipit dona, iuxta Palæstem Regium: Dedit dona, iuxta Paulum. Accipit donando, vel donavit accipiendi: Repletus est muneribus, accipiens illa in hominibus: igitur quasi sua iudicat nostra; & nostra quasi muneratus accipit, ubi ecclestia hominibus confert. Dedit dona: verum qualia? Marcus dicit: quòd Locutus est. Ecce gratia apud homines valde pretiosa: quippe nihil in Principe tam munificum, ubi effulgurat potestas; quàm in maiestate, & cum maiestate suavitas.

6 Abijt ergo Christus bonã gratiã, & salute dicta, & benedictione indulata. Abijt qui diligit? Absentia noverca amoris est: & diligens abest? Itcirco quamquam propria virtute Elevatus; dicitur ab Evangelista Assumptus, quasi raptus: quoniam, cõsõ ad dexteram Patris, quasi invire avellitur à dilectis. Ideo eis dona abundè largitur, & dulciter loquitur; ut musica citharæ labiorum; ex absentis dolore mulceret animum. Vale dixit. Quiviv ne? Si licet exemplis in magno exillibus uti, intendit:

Ovid. Alloquor extremum maestros abiturus amicos, Respiciens oculis pignora chara meis. Sage vale dicto, rursus sum multa locutus, Et quasi descendens oscula summa dedi. Quid facere? Blando patria retinebar amore, Amplectens animo proxima quæque meo. Ter lumen tetigit: fer sum revocatus: & ipse Indulgens animo pes mihi tardus erat.

7 Tempus affuit (excogitemus ita, si fas est, accommodare, quæ Profanus in suo discessu cecinit lib. 1. Trist. Eleg. 3.) quo actiones trepidæ, voces interruptæ, motus inæqualis, ac varis amoris cogitationes, cordis expugnarent mœnia, ab absentis exercitiis momento temporis occupata. Dubitabam, quò pes dirigendum, ubi utrinde coarctatus. Pater trahit, Mater suspendit: potestatis alæ sicbant amoris catenæ. Conabar ascendere: & ligabar à discipulis, respiciens oculis pignora chara meis. Suble-

vabar à tellure, & blando patriæ retinebar amore. Sublevabar, & alas mihi iam subvolantissimè succidit discipulorum dilectio; quòdquidem multa locutus rursus, & vale dicto. Quodlibet verbum erat extremum, & primū; igitur detinebar, & vocante cœli throno, amplectens animo proxima quæque meo. Quid facerem? Discedebam, quasi manens; manebam, quasi discedens; etenim si sublevabar, & pes mihi tardus erat. Sz pe vale dixi. Verum ò vis amoris! O inextimabilis dilectio charitatis! Ter fui à ministris assumptus: attamen ter ab amore revocatus: ita consulens dilectioni Ecclesiæ, vel in gloriosa ascensione; ut manere potius videret discedens, in discipulorum levamen, quàm assumptus discedere in preparatum honorem. Hæc nostrò modò contemplamur, non quia assentimur.

8 Sed perfundata specie Profani, quia epistans non dilectionis, sed potestis; audiamus, ab Assertore claræ expositionem veritatis. Vado, & venio ad vos, dixit discipulis. Non, Vado, & venio; sed consulto, Vado, & venio. Quod de Ascensione loquatur, patet, etenim subdit: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem. Quomodo ergo intelligendum, Vado, & venio? An quia tantum in intelligibilibus contrarijs summa explicatur amoris; pro qua stemma Sera phim, qui patulo corde Volabant, & stabant? Distantia excludit presentiam: qua lege præfens, dum abens; ut possit dicere: Vado, & venio eodem momento, sine temporis intervallo? Quomodo ubi ascendit in caelum, descendit in mundum? Quasi inter duplicem cynosuram erat Christus, valedicens discipulis, in die ascensionis ad dexteram Patris. Conor, ait, ad Patrem ascendere, & ita Vado: verum amor vester trahit, & Venio. Præceptum habeo Patris, ut ascendam in folium: amor vestri impellit in mundum: ut legem perficiam, Vado: ut vos non dederam, Venio. Ascendo, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: impletur lex: at cum amor sit pondus, venio ad vos. Trahor, diltrahor, pettrahor: & ita quasi deliberans inter Patrem, & amorem, inter legem, & legem; ut fidei eximie fiat eximia demonstratio, eodem motu Vado, & venio.

9 Intelligitur modò, quod offenditur raro. Apparuit Magdalene Dominus, postquam surrexit, dicens illi: Noli me tangere: non dum enim ascendi ad Patrem meum. Quorsum illa Dominum mi? Si cum illa loqueris: certum est, quòd adhuc manes. Si te videt Magdalena; indubitabile, te non ascen-

Vt amari Christi si in Ascensione erga Spem sua Eccliam.

Ioanna 14. 23.

Ibid.

Amor stat, & volat.

Isai. 44. 2.

Dilectio Christi non patitur absentiâ, vel absentis.

Ioanna 20. 17

dissa

Singulare Magdalenae ebarsimae in oratione.

Signa amicitij amoris Christi in ascensione.

Tozann. 16. 16.

E quasi di uisid te nebat alter & alter amor.

Quale in genium?

disse supra. Cur ergo dicis, quæ scierit? Nescit: verum qua causa nescit, quod illa videt? Potest se te videre postquam ascenderit? Videbit saepe excessu cogitationis, excessu mentis, ascensione cordis, flammâ voluntatis: verum oculis: Videbit. Expresit Christus mysteriosa periodo, quantum in eum hominum pravererit dilectio. Ascensurus erat ad dexteram Patris, cum munere, & maiestate iudicis; ubi gloria, & honore coronandus, chorisque Angelicis efferendus triumphus; quo devicto mortis aculeo, & propulso in barathrum, credentibus aperuit proprio sanguine regna cœlorum: verum enim relinqueret suos, quos non solum acquirerat sanguine, sed etiam amore. Trahendus erat à Patre, ut in cœlos ascenderet: trahendus etiam ab amore, ne suos in terra desolatior relinqueret. Trahendus erat, & retrahendus: ac dicit Magdalenæ gaudenti gloriosa visione, ad Patrem non dum ascendendi: ne arbitreris ascendisse, & rursus descendisse dilectione, Non dum ascendendi, & adhuc dubium erit in ascensione, Vado, & venio. Adsum, & fugio. Fugio ab oculis; sed adsum in habitaculo pectoris: adhuc sum hic. Non dum ascendendi: iterum videbo vos. Absens, & presens? Profecto: siquidem ita dilectione manet; quasi in cœlos ascensione non abesseret.

10 Ingenium huius amoris apparet etiam in alijs N. Salvatoris verbis. Modicum inquit & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Nescimus quid loquatur? Nequaquam. Discipuli dixerunt: Quid est hoc quod dicit, Modicum? Nos verò non scied quid est hoc. Videbitis, & non videbitis, seu non videbitis, & videbitis: Quomodo oculos fugere quibit, si nõ fugit ab oculis? Quomodo fugiet, quin debet? Omnia vincit ingeniosus amor. Aspiciebat discipulos, eum vocis, & lachrymis prosequentes, & Angelos triumphi comites ad gloriam, & Patris dexteram invitantes. Hinc trahebat venustas obedientiæ: hinc verò vincula, discipulorum lachrymæ. Nihil difficilior duobus amoribus: dividuum tenent alter, & alter amor. Fert obedientia, tenet querimonia: ad Patrem ibat, & ad discipulos iterum descendebat. Erat amor in caelo fursum, & in terra deorsum. Deorsum ascendens: fursum cum discipulis loquens. Ibat, & descendebat. Ideo dicit: Modicum, & non videbitis, & iterum modicum, & videbitis: non videbitis, quia vado, sed iterum videbitis, quia venio. Vado, & venio ad vos actus amore, ut corda fursum traham mecum humanitate.

11 Clypeus sparbis cordibus, insigne fuit Caroli Frederici Clivæ Ducis cum hoc lemmate: Benevolentia murus aneus, Petra Sancta de Symbol. Heroic. lib. 6. cap. 12. Aptè pro gloria Principis clypeus ita ornatus; siquidem benevolentia omnium civium furabatur corda. Dominus erat, & dominator; quippe dominus erat civium, & eorum. Subditos dederunt iura, sed benevolentia corda: affigente pro glorioso stemmate in dilectionis regimine murum arcum, quod cor carneum. Appositius, ascendente Domino in gloriam, videmus huiusmodi mirificam gratiam; etenim in cœlum ibat, & secum corda ferebat; qua furatus fuerat è centro pectoris, artificio humanitatis.

12 De Absalome dicitur, quod Solicitabat corda virorum Israël. Hebr. Furabatur. Alij: Habebat corda virorum Israël. Solicitabat gratiâ, furabatur arte, & habebat dilectione: ita tenaciter beneficijs revincta, ut corda secum ferret, quocunque fugisset, igitur magnetes cordium sunt diversiones gratiarum. In ascensione sua divites munera, quæ sollicitaverat gratijs, quæ furabatur obsequijs, habuit corda: sed ut ampliore gratiâ solveret debitum; in cœlum secum tulit dediticia corda discipulorum. Non opus est armis: solus amor sibi sufficit. Quæ non tentat? Quæ non obincit? Videte, ait, quod ego sum solus. Nihil inivium, nihil devium amori. Semitæ illius in aquis multis, & semite illius non cognoscuntur. Unde Otho Venius in Amor. Emblem. 47. inquit:

Pro rate cui pharetra est, pro remo cui levis arcus

Ut portam obtineat, quidlibet audeat Amor. Quicumque satagit de prudentia regimini, ad templum accedat Amor: ille solus sufficit; quia potest gratia, quicquid amittit impotens maiestate, potentia.

DIDASCALIA XV.

Christi Ascensio nostra provectio est.

1 Inquit exultans Leo Papa Serm. 7. de Ascension. subditque: Quod praesens gloria capitis, eo spei vocatur corporis. Exolecant triumphum quos in obsequium ducum insignium excogitavit Roma, & honoravit felix florens, uti patria. Desideravit Angulinus huiusmodi videre proficos

Silv. Petra Sict. Benevolentia, subditorum rapit corda.

2. Reg. 15. 6. Magnus cordium distributio gratiarum.

Secundum Christum tulit cor cœli conda discipulorum Deuter. 32. 19.

Oth. Vanz.

Leo Pap.

Votum D. Augustini trium phos Romanorum videre. Poldid. Alapid. Text.

Claud. Triumpus au li Emiliij insigne.

Idem.

Ephes. 4. 8. Marij plausibilis.

Fausi.

Ephes. ubi sup.

Scipionis sublimitis.

Sil. Ital.

Codr. Vrc.

Psal. 67. 7.

v. 18.

prificos apparatus. Prificos, quia labente imperio, dominante vitio; triumpho potius, quam virtutis, erant signa, & insignia adulationis. Desideravit triumphos videre Romanos Divus Aurelius, ut tradunt Posidonius in eius Vita. Cornel. Alapid. in Proem. ad Epist. Paul. cap. 5. & ad Galat. cap. 4. v. 15. ad Ioann. Ravif. Text. in Offic. lib. 2. cap. 20. Iam enim potitur voto, ubi ab illo Christi exploratur Ascensio: siquidem quod illis summum, in hoc minimum: &

Quod divisa beatos Efficiunt, collecta tenet.

Insignis fuit Pauli Emilij; non solum Persico Macedonum Rege devicto, maiellatis apparatu; sed largitione munerum, distributione gratiarum, populis gaudibus, quia Romam ditavit Ipolijs. Unde qui sup.

Insignemque canunt nostra de plebe triumphu Insignis? Negry quidem, Christus ubi ascendit in cœlum, laticans mundus; igitur ut Orbis, non Urbis tantum, exuberaret læticia; Et ascendens in altu, dedit dona. Cedat etiam triumphus Marij: etenim si spectabilis, si omnino plausibilis, quia Iugurtham invictum, captum in triumpho duxit, & captivum captivantem ante curram egit; quapropter Faustus:

Duxit honoratus Tarpeia in saxa triumphum. Ampliore admiratione prosequendus Christi, dum ascendit in sedem; siquidem secum Duxit captivum captivitatem. Abdicatur quoque his duobus sublimior, triumphus Scipionis Minoris Africani: igitur si gloriosus, quia delevit Chartaginem, & ita subvertit inimicam inclytam urbem; ut educeret victos in patriam, qui miseræ servitutis patiebantur catenam (in cuius plausum Silius Italicus lib. 17. de Bell. Punie. ait:

Et patria inovebitur sublimi tecta triumpho. Ac Codrus Urceus:

Hi palebri reditus, pulebrique triumphu.) Maiestate plenior, virtute sublimior, orbi iucundior fuit Christi Servatoris nobilis triumphus in die Ascensionis in caelos: etenim mors mortis factus, ac inferni morsus, principe mundi cecitò foras in exteriores tenebras; portas æreas contrivit, vectes ferreo confregit, viacula dirupit, dissolvit seras adamantinas proprio sanguine: Et eduxit vincenos in fortitudine: ita, ut in triumpho, cum gaudium omnium nostrum esset plenum: Curru Dei esset decem millibus mille, quibus latantium. Eduxit, ut comites fierent in gloriam, & sponseterent in amato.

Tom. I. Taut.

bilem patriam (procedente gloria corporis, unde rutilabat capitis) quoniam animarum in cœlum, corporum post, sublevario, ubi Christi videtur gloriosa admirabilis Ascensio.

2 In Scythia, uti refert Anaftafius Sinaita libr. 4. Hexaem. nascuntur hyacinthi amuli fulgoris Solis, atque specula eximie pulchritudinis, in quibus videntur non ultra naturæ vires, quoniam nihil illis admirabile magis: verum ita abdiri tanquam pretiosi, in ergastulis terræ, in fossis profundis arte factis à natura productrice; ut vix cum vite dispendio sit pretiositas hominibus lucræ. Quid gemmarum, & tanti pretium, dum non concedit, quæ produxit, usum? Verum ars invenit, quod natura quasi invida meditante occuluit. Cæsim occium agnum fasciolâ suspensum, in foveas, & caveas, conchas gemmarum, demittunt; ubi claret, agni fanguinem hyacinthorum sympathicis oculis motibus, gemmæ (quæ in caveis) includuntur vulneribus; & extrahuntur in lucem, delictum oculis, gemmæ & lapilli, qui iacebant in tenebris. Miramur profecto in gratia, quæ construxit, vel non construxit natura: cæterum exprimit vel fitione veritatem, novam hominum designans cogitationem igitur revera Christus fecit, ultra quæ mens humana studiosè cogitavit. Intende in Christi triumphum, dum ascendit in Empyrium. Mylicus agnus est. Ecce agnus. Cæsus est, & cæsim, additis à tortoribus super vulnera vulneribus. Cæsus est, & occisus in cruce: descendit in inferiores partes terræ: ibi erant animæ Patrum, pretiosi hyacinthi, spectabiles gemmæ: habebant magnetem vulnerum, agni cruorem; & agnus exaltatus à terra in cœlum, omnia traxit ad seipsum. Omnes gemmæ insertæ fuerunt in sanguine, & gavisæ sunt luce. Ascendit Agnus immaculatus; & lapilli pretiosi, animæ, ascenderunt pariter, ut sequerentur agnum, quocunque ierit.

3 Elevatur Christus ut Dominus, ait Evangelista Marcus: Dominus (inquit) quidem Iesus assumptus est in caelum. Ad quid ergo modò Dominus? Sub potestatis viri traditur femina, ita ut dominetur vir. Sic enim dicitur: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Alij ut vidimus in Exposit. liter. pro Dominabitur, legunt: Et vir praesens tibi: id est, auxiliabitur. Idem est dominationis excellentia, ac favoris præstantia: igitur subditorum pretium, est principantiam dominium: quia non dominus quam dominetur, qui non consultis honorum

Bbbb eorum

Ascensio nri tris pbus ad mirabilia lii.

Anast. Sinait.

Hyacinthi Scythici naturæ.

Plu. Christus erga hōmimē gesit, quā homo pro pria dilectioe en cogitavit.

Ioan. 7. 29.

Christi ascensio est nostra elevatio.

Marc. 16. 19.

Gen. 31. 16. Non habet dominia, qui honoris consilium subditos ruit.

eorum, qui sunt sub potentis potestate. Præfio fit: quoniam non dominus, ut tantum præsit, & nihil proficit. Patet cur in Ascensione plaudatur ut Dominus Iesus Christus. Minime ascendit solus, sed ut cum ipso pariter ascendamus: iter facit ascensione nobis ad regnum; siquidem *Vadit parare nobis locum*. Elevantur rota iuxta elevationem Cherubim Sedet ad dexteram Patris, ut nobis in gloria concedantur sedes. Ipse qui facit, discipulis ante prædixit: *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis, sedebitis & vos super sedes*. Maior omnibus est, sed sine ullius diminutione maior. Assumitur, ut sequamur. Iam effulgurat eius maiestas in Patris dextra: etiam nobis gratulatur de nostra; etenim illius maiestas amplior omnibus est, sed in domo mansiones multæ sunt. Plauditur Dominus, ubi eius exponitur in cælum admirabilis triumphus; quippequæ dominantis præstat dominium, dum ascendit parare subditis locum. Tot retrò sæculis cæli portæ erant clausæ: & modò ascendens in cælum Christus, extollitur Domini plausu, & honore; quia non permittit, subditum dignum esse sine dignitate.

Præses omnium, scilicet avium, animalium, & piscium constituitur Adamus, accipiens à Conditore cum ratione dignitatis munus: *Et præsit piscibus maris, volatilibus cæli, & bestijs*. Quia subditorum condicio erat diversæ, imò oppositæ classis, & ordinis; ditatus est Præses commendabilibus ornamentis, ut ratio in subditis neceret arte differentiam proprietatum, dum dominationis adipisceretur usum: nimirum, iuxta uniuscuiusque classem, & nature conditionem. Signat futurum regimen hominis in homines solidos uti pisces, vividos uti aves, & stupidos uti sunt bestie: quippe nulla eveniet Præfidi gloria in regimine, si vel in alienam classem quemlibet à propria amoverit conditione. Hispan. *Lograrà todo el auge de gloria, no facendo à ninguno de su esphera*.

Verum substituit animo (quippe de hoc argumeto satis egimus in superioribus, maxime *Tautolog. 2.*) ubi intenditur homo in regimen, qua causa dicitur: *Faciamus hominem*? Est ultimus in facto, & primus in intento? Aptius dicam: orbis terrarum, & qui habitant in eo, erat dignitas, seu materia circa quam (hominis præfidentia) præfulgeret rationalitas: homo Præses, in huiusmodi eminentia dignitatis. Quare igitur prius dignitatis formatur magnitudo, quam sit præses, qui moderetur homo? An quia

Ioann. 14. 2. Diligentia Christi de nostra dignitate. Math. 19. 28.

Cur dicitur deus dominari in Ascensione?

Gen. 1. 10.

Prudenti præfidi regimini, iuxta ususque subditorum conditionem

Ibid. Satis est dignitas vacua, quæ indignum in illa: est nullus, quæ indotatus.

fatius, quòd dignitas vacua, quam quòd indignus in illa? An quia homo inquirendus dignitatis, & nequaquam querenda dignitas homini? An quia in honore fatius nullus, quam indignus? Sit ergo: attamen conveniens videbatur, quòd prius esse præses, postque dignitas; ut cum experientia in exercitio muneris, comprobaretur præfidos insignis discretioris: quia igitur intuitu priusquam fieret homo, dignitatis hominis sit constructio? Aliquid magnum portenditur institutione, quasi in exemplar rationalis politicæ.

Intendite. Iuxta qualitatem studiorum ornavit Deus dotibus superiorem Adamum, ut in præfide assumpto, ipsius Dei agnosceretur electio. Si prius formaret præfidem, quam dignitatem; essent dotes insignes sine exereicio, & ornamenta pulcherrima sine studio (Nos dicimus vernaculè *Empleo*.) & prius dignitatem, quam hominem Deus decrevit; quia ius non erat, quòd homo primus, ita magnus, sic fieret. Vigilantius Hisp. *Primero el hombre, que la dignidad, porque na era razon, que el primer hombre del mundo se quedasse asis*. Causa suppetit. Merita sine dignitate, est habere talentum sepultum, & intellectum agentem damnare ad otium. Dignitas sine homine, aut sine meritis, est plenitudo, & vacuitas dignitatis. Hoc est dignitas sine homine: illud homo sine dignitate: & antequam præses, culmen prospectatur honoris; igitur in his crebro politicis angustijs, melius videtur in dignitate nullus, quam indotatus: ceterum si existit homo, nec unico stabit sine munere momento.

Deinde: Licet brevi præclare meritis muneris non habeat regimen; munus clamaret propter illum, & propriam auctoritatem; quia arbitratu dignum querulum offensum, & frigidum; ac à Deo disponitur throni celsitudo, & postea formatur homo; ut nunquam sint iure querula merita, procul dignitatum gloria. Sine dignitate prius disposita meritis, non videbatur præses nasci in regimen dignitatis; quia disponerant alia munera, ut lactarentur eximia merita, quousque vitæ comite; qui dignus perveniret ad apicem principatus: & Deus antequam constituit hominem, hominis constituit dignitatem; ut eius electione videretur à subditis homo, qui natus fuerat imperio. Hominem post dignitatem; dignitatem Conditor facit; verum hominem, ut præsit.

Vagum modò stætamus ingenium in primarium institutum. Ut præsit, constituitur

Homo quærat dignitatis non minus homini.

Ius non est quòd desit votus, ubi degit benemerit.

Quid homo sine dignitate? Quid dignitas sine homine?

Munera dignus homo qui nascitur dotibus claris in perio.

Gen. 1. 7.

Floret Principis domini natio, ubi preparatur dignitas digno.

Marc. ubi sup.

Christus preparat ascensionis dignitatem.

Mich. 2. 13.

Christus inveniuntur ad gloriam, per portam clausam.

AA. 7. 25.

tur homo. A quo ergo? Sanè à Deo, sed à Deo Domino. Attente observa. *Formavit igitur Dominus Deus hominem*. Formavit Deus cuncta, & toto capite primo duntaxat dicitur, quod *Fecit Deus*: v. 1. 7. 16. 21. & 25. Cur ergo qui Deus, & Dominus semper, in formatione hominis dicitur Dominus Deus? Patet ex contextu. Ex vigilantia, & cura de honore subditorum, in dominis oritur præstantissimum dominium: & iure Auctoris Dei, formatio hominis exprimit dominationem; siquidem: antequam hominem, illi preparavit dignitatem. Verè Dominus est, & Dominus dominantium; Imperator, ac Rex regum: equidem ita honori consulit subditorum, ut preparatus sit thronus, quamprimum floruerit dignus.

Iam emicat quæ causâ, *Iesus in Ascensione vocetur Dominus*. Clausæ erant portæ cæli, ubi hominum optate mansiones, throni eximij, & dignitates, ad quas gratia, & meritis anhelaverant iusti, qui Domino vel seclusi erant accepti, ac detinebantur sine thronis quasi querula merita, clausâ ianua. Modò attolluntur portæ, ut ingrediantur digni: & modò Domini omnium, in Ascensione ad cælum indicatur dominium: quonia vadic parare subditis locum. O felicitas conditionis humane! Ascensio Christi præparatio sedis tue. Ascendit Dominus, & quia Dominus, ascendit. Quia ascendit Dominus? Est: parata sedes tua ex tunc. Ceterum quomodo? Dicit Michæas.

*Ascendet enim pandens iter ante eos, & transibunt portam: transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum*: ita Propheta prædicat conditionis humane ascensionem; & Ascensionis Domini solemnitatem. Transibunt portam? Quid? Nil ultra? *Transibit rex eorum, & Dominus*: quid tunc postea? Dominus agnoscitur, & erit gloria corporis, dignitas capitis. Porta clausa erat vectibus culpæ, clavibus noxæ, siquid per hominem prium, cælum fuit ferreum: aperuit Christus in Ascensione ingressus per portam clausam; ac homines comites triumphi, pariter transierunt portam. Ufuvenit præcepto inviolabili urbanitatis inter aulicos, quòd visentibus, ac comitibus idem exhibeat honos: ita ut portæ prius ingressus, & spectabilior sedis locus) Vulgò dicimus: *Puerta, y silla*.) comitantibus non negetur, modò comiter visentibus concedatur. Liquet sensus auctoritatis, & obsequium divinæ dignationis. Exivit Iesus à Patre, venit in mundum: iterum relinquit mundum, & vadit ad Patrem. *Ascendit, ut visitaret*: dicit Stephanus ex persona Moy-

sis. Exierunt obviam Patre, & cælestis aula militie gaudentes, ut sederet ad dexteram Genitoris. *Transibit rex eorum coram eis*: ac cum comitem haberet in ingressu portæ humanam naturam, homines hoc in triumpho transierunt portam. Gavisi sunt honore, quia Dominus transivit in capite; & quò præcelsis gloria capitis, vocatur & corporis. Encomio Domini plauditur, dum ascendit: *Rex, & Dominus* transivit: ac ut Domini maiestati, & honori responderet, subditos ad honorem secum tulit.

Iam moriturum appropinquavit deprecatio supplicis Latronis ad Dominum. Salutavit comiter (felix profectò, eò quòd nocuus esset in eadem damnatione cum immaculato agno; & patienter ferret penas aridum meritis lignum rationale, ubi tormenta, & dira perciebantur in viridi) dicens: *Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum*. Dominus vocatur: & Dominus titulo respondens, dixit: *Hodie mecum eris in paradiso*. Gloria, & Latroni promittitur: ut Patre. Dominus plauditur: nominis sui auctoritati consulit. Datur dominium in subditum, & gloriam subditorum: illo tunc Dominus patiebatur. Ius est, ut patienter servus, ubi patitur dominus: ac eum habuisset, subditum invocantem in paradysum secum illicò transtulit. Dum venero in regnum, venies mecum, ut experiaris dominum. Haud creperus exitus deprecationis. Si ego in gloria, mecum eris. Dum per me mihi aperitur, porta non tibi claudetur. Hodie habebis, quia hodie habeo. Hodie mecum eris in paradiso: siquidem haud in utilitatem subditorum esset dominium; nisi etiam illi ingrederentur mecum. Vide dicta *Tautol. 5. Didasc. 3. num. 10.*

Summa nostræ felicitatis in hac omnino felicitate vertitur. *Trabe me post te, curremus*: dicebat non Sponfa, sed Sponsus ut inquit Bernardus Serm. 9. in *Cant.* ac in die Ascensionis in Cælos, uti hic ex multis Patribus. aluit Ghislerius, & Cornel. Alapida in *Anagog.* Attamen observandus stylus: *Primò Trabe me*: deinde: *Curremus*. Quid est hoc? Modò singulariter, modò communitur? Quomodo multi current, si unus trahitur? Quia est solus à Patre trahitur, non solus ingreditur. Solus curreret, si solus introiret: & dicit Sponfus: *Trabe me, & post te curremus*; quia nulla sponfa ascenderet in cælum, nisi Sponfus traheretur ad thronum. Elevationes mystici corporis virtutum prosperè in elevatione capitis: unde Christo in cælum assumpto, & collocato ad dexteram Patris, pariter curremus

Quia rex gressus est cælum sui, homini datur inq gressus.

Luc. 23. 42. Ver. 43.

Homines in cælis sectorem suum.

Cant. 4. Bern.

Ghisl. Alapida

Solus trahitur quia homo per illum in cæla inq graditur.

omnes. Retorquere possumus illud Horatii lib. 4. Carm. Od. 5.

Horat.

*De siderijs ita fidelibus Quærit patria Casarem. Peruenit ad thronum; & sicut*

Solorz.

*Ferrens arcano trahitur magnetis amore Annulus, inde alium protinus ipse trahit;*

Magnete humanitate; Christi trahitur homo

Ita nobilitate magnetis amoris Patris, ubi humanitas trahitur Christi in sedem honoris (ut virtus pateat, & amor effulgere) inde alium, atque alium protinus ipse trahit. Habet iam natura rationalis Ganymedis honores. Aquila dicitur Dominus Salvator noster in huiusmodi triumpho; cuius via vel à Sapientiore ignoratur in celo. Iacebat pondere fragilitatis humana conditionis, quousque sciret semitam avis: verum ubi Domini præfulget in celo grandis maiestas, atherias Aquila hominem portat per auras. Trahitur, vehitur, in summum assumitur. Natura quæ iacebat, elevatur: porta, quæ clausa, aperitur. Velum enim templi caelorum est scissum, & apparuerunt Sancta Sanctorum, ut ingrederetur natura humana pervia porta; siquidem Christus introivit semel in sancta: ac nobis conceditur idem honos; quia habemus Pontificem, qui penetravit celos. Verum hoc aliâ. Christus ergo uti canit Arator in *Aët. Apot. stol. v. 38.*

Prover.

30. 19. Aquile si mihi Christus in Ascensione. Natura humana confertur Ganymedi in Ascensione.

Arat.

*Evocit excessis quicquid suscepit ab imis,*

**DIDASCALIA. XVI.**

*Deus omnibus præstò adest.*

Spacc.

**A**struit Stoicus Cordus, *Epist. 95.* siquidem semper nobis præsens, in medio pectoris nostri habitat. Quocirca vide ipsum *Epist. 25. 41. 74. & 84.* Implet omnia.

Dpsh.

*Cuncta audit, & videt. Canit Orpheus in Hymn. ac Draconius in Hexam. v. 14.*

Drac.

*Quem non obscurant quacunquæ ex parte tenebræ:*

Deus in medio nostri.

*Nec celsantur si quacunquæ obscura geruntur. Vide pulchra apud Terulian. lib. de Penitent. cap. 6. Lactant. lib. 6. Institut. cap. 24. & Clement. Alexandrin. lib. 5. Stromat. Communis parens est: & prope invocantibus, & omnibus, maxime in veritate. Unde S. P. N. Benedicti. Regul. Sancti. cap. 19. circumspeditioni, & subsidio, Oculos Domini statuit in omni loco, & super bonos, & malos: ut hi respiciant, & illi in innocentia permanent. Prodigis Patri dixit: Pater*

S. Bened. dicit.

*Cuncta videt.*

*peccavi in celum, & coram te. Aptius dum peregrè erat, videbatur, si diceret: Peccavi in te, & coram celo. Minime: ut revocet errantem in anteriorem mentem, qui iudicatur peregrè, absistit propè. Pater etenim filium vidit, & Cum adhuc longè esset. Veni, & vide, dixit ex arropo Martha: facta fuit studio vigilantis iniuria: quandoquidem viderat mortuum, antequam veniret ad sepulchrum. Patet in Latrone laurus beneficentiae: illic ut verba supplex ab imo peccatore protulit, præstò illi vel cum doloribus affuit. Tunc clamanti, dum (ut succinit feliciter Arator lib. 2. in *Aët. Apot.*)*

*Secunda gementi Materia est, dixisse nihil: nimiumque sonora Causa petit, quod lingua tacet: —*

2 Nullibi Sol movetur sine favore. Cursum peragit universi utilitati: etiam favet cursu veloci; & hoc magni in studio obsequio, favere scilicet veloci cursu. Oritur in Christo Sol, fanitas in cuius penis, atque gratia in cuius oculis. Respondit nonne quam muneri: siquidem gratia fiebat vel in actu oculi, & favor maiestas usquequaque. Vel præteritis auxiliatur, quia non videt, ut transeat: transit, ut videat.

Eadem via, qua cæcum illum navit datus magnete pietatis; homo quidem incidit in latrones. Iesus miraculum fecit, Cum appropinquaret *Iericho.* Homo plagi caditur, cum in *Iericho* descenderet. Hoc significat ministrorum discrimen, dum probè, aut improbè agunt iuxta, vel ultra legem. Iactus est fortis: (Hispan. valde appositè: *To do consisten en caer bien, ó caer mal.*) etenim eadem via, qua sine lege plurimi ministrorum latrones sunt, alij addicti legibus miracula faciunt. Summa hominis cognoscitur infelicitatis, eò quod incidit improvidus in latrones: qui quidem despoliarunt eum, & plagis impositis abierunt, semivivo relicto, compassioni prætereunctum palam exposito, quin posset deliquo sanguinis in subsidium proferre halitum, nisi verbis silentiosis, & lingua sonora vulnerat. *Accidit autem ut sacerdos quidam descendere eadem viâ: ac cum libellum supplicem in vulneribus legeret, viso illo, præterivit.* Eandem calamitatem sanguine scriptam, præteriens Levita vidit: sed *simpliter* videndo pertransiit. Sæcularis autem Samaritanus offendit, oleum, & vinum in vulneribus effudit, misericordiam motus curam illius egit, & quamprimum ora vulnerum ligavit, & alligavit: etenim præstantissimum in regimine remedium, gratis occludere ora patula exulceratorum: siquidem si clamat necessitas,

Luc. 15. 21.

Ver. 10. Ioan. 11 34. Secunda materia Amari, nihil in opus dixisse.

Arat.

Gracia velocior gratia.

Luc. 18. 17.

Id. cap. 10. 39. Ministerium bonum se pessimum intentione, & studio ministratorum.

Ver. 1.

Ver. 3.

Quisquis alium pugni, vultus mulceat, non exulcerat.

ras, sine subsidio non erit auctoritas. Hæc est historia, vel parabola, quæ Principibus exhibet plura documenta.

3 Sacerdos, & Levita transeunt, videntes hominem vulneribus penè confossum; & Sæcularis transiens, pietate commotus, præstat auxilium. Cor Ecclesiasticorum (ubi templum debebat esse pietatis, & porta pervia gemitibus pectoris) clauditur imperdè; ne dolor proximi ductrice ingredia-tur compassione. Pectus Sæcularis charitate operatur eximia, uberi misericordiâ: quod huic laurus, Sacerdoti & Levitæ turpe deditur: etenim Ecclesiastici summum propudium, quod in ministerio proprio Sæcularis adhibeatur in exemplum. Non iam poteritis dicere: *Procul este profani*, igitur multi confusione vestra vitæ secularis, habent aliquid imitandum de actione virtutis. Sæcularis bona que habet, iure habet, siquidem que voluerit facere, licet, Ecclesiastici verò non habent proprietatem opum, quia bona sunt pauperum. In articulo hominis iacentis, opus misericordiam in Samaritano fuit operatio voluntarie gratiosa: in Sacerdote, & Levita erat iustitia: & nequibat non esse pudor Levitæ, & Sacerdotis comedentium ex ubertate altaris; quod in actionibus, quibus debebat incumbere, perfectionis (eamdem ducentibus viam) Sæcularis illis ostenderet virtutis debite semitam.

Non Ecclesiastici curæ sicut pauperum.

Sacerdos qui negat eleemosynam, inopi facit iniuriam.

Ver. 1.

Ver. 3.

Ioan. 6. 11.

Offenditur viriis ex comparatione virtutum.

& in Ecclesiasticis indigenis ita proculdè 5 Suppetit ratio. Si Sacerdos proprio statu debet esse perfectior, quia plus illi committitur (ut observant S. Benedicti. Reg. Sancti. cap. 60. & 62. & Gregor. Mag. Homil. 9. in *Evang.* Unde de corruptela horum hic Homil. 17. exclamat: *Nullum potum ab alijs maius præiudicium, quam à Sacerdotibus tolerat Deus.*) si viscera illius plena debent esse pietatis, benevolentia, amoris, suavitatis, compassionis, quasi egressæ fuerint cum eo ex matris utero, & cum eo etiam creverit miseratio; qua lege tot in Sæculari inveniuntur expressiones pietatis, & eliminantur à pectore Sacerdotis? Dicit Textus sacer: *Sacerdos præterivit: similiter & Levita pertransiit.* Transeuntes videntur proximum semivivum, atque incuria semimortuum. Ad illos spectabat, quod transirent, ut viderent: & oblitus fuerunt compassionis; quia viderunt, ut transirent. Ecclesiastici viderunt vulnera: vidit quoque Sæcularis propter illa proximum iacentem in terra. Omnes viderunt casum miserandis aspectus; ut Samaritanus duntaxat est miseratione motus: quia ille transibat, ut videret, illi verò viderunt, ut transirent.

6 Quis igitur est Samaritanus in hominem iacentem ita pius? Si Samaritanus idem est ac custos, erit sanequam Angelus, & appositè: siquidem in Angeli custodia, Samaritani exprimitur omnia munia. Homo ab illo custoditur: *Iter facit secus eum.* Si iacet vulneratus, videt illum misericordiâ motus. Prostratum iuvat: vulnera alligat, ne iterum corrumpat, *Curam illius agit;* atque in patriam ducit. Hæc sunt munia, & præclarissime obita. Cum dasur viro dominium in foeminam, signat Deus mulieris custodiam: quapropter, ubi *Ipse dominabitur tui*, legit Procopius: *Custos tuus, refugium tuum, protectio tua, anchora, portus.* Alij, *Præstò tibi*, dum tibus eum potestari; quia subdita, quod videtur dominium, erit refugium. Aptius in utilitatem animæ sententia cadit. *Sub custode, Angelo eris, & ipse dominabitur tui:* etenim quia custos, refugium animæ ex tribulatione, protectio in necessitate, Anchora in fluctibus vitæ, Portus in morte. Abrahæ dicitur, *Ego protector tuus; Iacobo, Custos tuus.* Nomina sunt diversa, sed eadem munia: siquidem Angelus, qui Custos, est protector; & anima in protectione Dei commoratur, quia ab Angelo custoditur.

Tobias junior valedicto patri, & matri, iter egit in Ragues, Raphaelic comite. *Multaverunt ambo simul,* quippe à dextris est,

S. Benedicti. Gregor. Magni. Sacerdos debet esse perfectior.

Ver. 1. & 12.

Sacerdos misericordia non videat, ut transiens transeat ut videret.

Munia S. Angelus Custodit.

Gen. 31. 26.

Procopii. Quod vin detur datur muniam est refugium.

Genes. 12. 1. & 28. 154

Tob. 51. 22.

est, ne commoveatur homo. Ululavit mater, verum Senex illius lachrymas compressit, dicens: *Saleus perveniet filius noster*. *Saleus revertetur ad nos*. Unde saluum arbitratum filium euntem, & revertentem? Angelum habet custodem: ac expers est quilibet homo periculi, huiusmodi protectione. Pende emphasim. *Credo* (ait) *quod angelus Dei bonus comitetur ei*. Comitari, est obsequium minorum ad maiores: & dicit meditanter: *Comitatur*, quoniam non solum sequitur, sed obsequitur.

7. *Angeli hominum*, seu hominum ministri vocantur Angeli. *Angeli eorum*: ait Christus. An quia in illis nanciscimur favoris studium, in societate solatium, in consilio scutum, in ducatu prudentiam, in protectione gratiam, in periculis cautionem, ac in certamine inclytum hyperaspisten? Potiori iure nos sumus uti clientes harum Intelligentium sublimium, quam Angeli ministri hominum. Cur ergo Christus, dum erga hominem Angelorum exprimit patrociniū, profert & consultiſſimū: *Angeli eorum*? Angeli nomen est officij: destinantur a Creatore hominum custodie: & cum mittuntur in custodiam hominum, nil ad illos spectat, nisi officium. Vernaculā linguā: *Son de su officio, y no mas*. Clarius promam. Angeli Dei sunt, & ministri Deitatis, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis: ac in custodia dicuntur hominum (quasi in officio non essent eius, qui missi; sed eorum quibus commisit) ut sciant homines in hac mysteriosa expressione, non fore dignitatem conferentis, sed dignitatis. At de hoc plura diximus in superioribus, maxime hic *Didasc. 3. a num. 13*. Attamen cogita cum delectu Christi periodum: *Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris*. In terris non vident? Vident: at verò subicitur quòd videant, si homines iam confervos custodiant; siquidem habent in imis, quod nanciscuntur in caelis. Faciem videre Patris gloria est: & in terris, ubi hominum custodie, non exprimitur gloria; etenim ubi illis committitur officium, habent pro gloria adimplere ministerium.

*Angeli eorum*. Si corda ducuntur in captivitate pyrata charitate, amplo voluntatis favore; in vinculis charitatis debent esse captiva corda nostra, Custodem gratiā, ac niquequaque aberrimā: & dicuntur nostri, at nos non sui; quia illorum omnimoda vigilantia, nostra, & ubique custodia. Gloriam vident, & nonnunquam: inest illis aquilina acies in protectione hominis. Gaudent gloria; & subicitur, dum nobiscum

v. 26.

Homo est expers periculi Angeli protectione.

v. 27.

Matth. 18. 10. Quia uti statet ex consilio?

Cur dicitur Angeli hominum?

Factura non de hoc esse honorem conferentis, sed honoris.

Ibidem.

Angeli habent quāsi pro gloria ad implere ministerium.

sunt in terra; siquidem ita vident hominem; dum vident Patrem; ita vigiles observant custodiam hominum, quasi nullum haberent aliud studium. Nos suus illorum multis nominibus nihilominus ait Christus: *Angeli eorum*. Nos illorum iure: & illi dicuntur nostri, quia quasi nostri ministri in quibus promptum obsequium, siquidem ferviunt ad oculum. Parum dixi erga Custodem vigilantem: serviunt ad cogitationem. *Centū luminibus cinēti caput Argus habebat*. *Centumque oculos nox occupat una*. Canit Ovidius lib. 1. *Metam*. attamen Angeli in officio pleni oculi, & ante & retro.

Quasi non haberent aliud studium.

Nos sequuntur & obsequuntur.

Ovid.

Iob 6. 2

Valles.

Custodia pericula non ducit, veu ruit.

Et hominē nem viderē facit.

Ibid. 33

Exod. 23. 20.

Sepe accendat voluntati hominis.

Rotz

9. *Rotz* in visione Ezechielis oculatuz: unde dicitur, *Totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor*. Ad quid oculi in rotis fortunā hominibus, vel in periculis obdormientibus? Etsi homines dormiunt, oculi non obdormiscunt: *Spiritus Domini erat in rotis*: ita aliqui legunt pro *Spiritus vita*. An quia pro hominibus dormientibus postulat gemitibus inenarrabilibus? Spiritus est Angelus, custos Israēl; uti videris apud Alapidē hic: *rotz* homines in patriam tendentes: & plena rotz sunt oculis; quoniam si oculi designant vigilantiam, sunt Angeli Argus in nostram custodiam: Hispanie. *Se hazen ojos*.

Quid significant homines aspectu rotarum, haud facile apud Expofitores negotium. Alij dicunt exilium filiorum Israēl in Babyloniam; alijque reditum in deploratam patriam. Vide Anton. Fernand. de *Visionib.* Gasp. Sanct. Alapid. & Villalp. hic. Aptē igitur describitur sollicitudo Iosephi, virius Mariæ, & victoria Christi redeuntium ex Aegypto. De quo Nos latē *Tom. 4. Tautolog. 9*. Ad illud Iosue 8. 5. *Fugimus, & terra vertemus*: igitur Christus gremio Mariæ fugit, ut de inimico triumpharet. Pende in Ventiduo Ballo aliquantulam umbra. *Loco humilī natum, triumphante Pompeio, cum quoque puerum inter ceteros ante currum Imperatoris sinu matris vēctum esse*: ait Aul. Gell. lib. 15. cap. 4. *Eum primam omnium de Partib. triumphasse*. Substituit memoriz, quod oculo Clare pileus, & pugio appositū pro libertatis insigni. Ita Dion. lib. 47. & alij. Claret notitia in Christi triumpho, & nova sine pugna victoria: etenim Iesus, Maria, & Ioseph gaudent libertate, defuncto Herode. Ad rem igitur.

Hec est visio similitudinis gloriæ Domini, quæ perspicuè portendit tutelam Angeli: siquidem oculi nullo motu dimovebantur a totis, imò in offensionem Angelicæ voluntatis, cum euntibus ibant, cum stantibus stabant, cum elevatis à terra pariter elevabantur. Ideo *Echo hominis* à Sanctio in *Daniel. 4. v. 10. num. 13*, dicuntur: adinstar Echus actionum, cum euntibus eunt, cum currentibus currunt, cum ambulancibus ambulat, cum stantibus stant, & sedent vigiles, pariterque elevantur cum elevatis, ut perveniant ad gloriam, optatam patriam. Aptē cadunt verba Chrylogi *Serm. 156. de Stella Magor*. ubi ait: *Ambulante Mago, stella ambulat; sedente Mago, stat stella; Mago dormiente excubat, excubat stella; siquidem Vigiles in nostra custodia non claudunt lumina: & in eis ita in-*

Ere. h. 1. 18.

v. 10.

B bl. Max.

Solicitude de bonitatibus quantal

Fernand. Gasp. Sanct. Alapid. Villalp.

Triumphus Christi ex Aegypto pro reditu.

Aul. Gell. Pileus, & pugio signa libertatis.

Angelus cur Echo vocetur? Sauct.

Chrylog.

cet momentum necessitudinis, ut totum corpus rotarum plenum sit oculis. Ampliora exponerem, nisi fuisse acturus suo loco *Tom. 8. Tautol. 8.* (o quam longa via! Inest tamen Deo bono, spes optima) ad illud *Ab. 12. 16. Custodes ante ostium custodiebant*.

10. In huiusmodi stella, idest, Angelo, ut plurimi autumant apud Suarez in 3. p. D. Thom. q. 36. *artic. 8. disp. 14. sect. 5.* lucent Custodem officia, & praclara ministeria. *Vidimus stellam*, dicunt Magi, & in aula, & in regia tyranni. Ut in via eos comitaretur, apparuit Angelus specie stellæ in Oriente. Duxit illo rutilo iugi splendore; ut viderent post vix cursum faciem Dei, qui pro hominibus factus homo, lacebat panibus involutus in praesepe. Astitit vigilanter, usquedum veniens staret supra ubi erat puer. Ergo facta adoratio, Magi Regis caelestis nanciscentes gratiam; reversi sunt in regionem suam. De stella, quid actum? Redacta est in praeciendem materiam. Actum de illa est: evanuit. Qua conditione, si Angelus? Quomodo substantia spiritalis aeterna a parte post (ut dicunt scholastici) evanescit? A munere abivit, quod quidem erat dirigere gressus, ostendere anfractus, comitari reges, custodire à periculis, ac introducere in praesepe paradysum, ut videretur ab illis Deus Deorum. Fecit, perfecit, fundus credito officio: & quasi perfungere existentia, evanescente custodia; exprimitur in stella: siquidem eius amissum esse, ubi desierit ducere, custodire, & vigilare.

Haud Angelus desijt in esse, sed in administratione: desijt custodia, nequaquam existentia. Ridentur in homine ambitionis turpidine, quod fit ab Angelo comitate, & charitate: siquidem cum esse accipiant indigni à dignitatis gloria, quia dotum non est substantia; dicuntur verè non esse, ubi carent dignitate. Quod in homine conditionis infirmitas, perficit in custodibus eximia charitas: igitur ita diligunt homines coheredes, ad quos mittuntur custodes; quasi desiceret nobile Angelorum constitutum, ubi custodum desicit ministerium.

11. Adhuc exponenda analogia in Magorum stella. Erit ne quia *Antecedebat eos?* Utique exhibent continud amorem; ac in votis hominum antecedunt voluntatem. Pari igitur obsequium illorum amor haberet; nisi cursu securum praecessisset. Declinarunt Reges in Hierusalem, & abdita fuit stelle ducis ab oculis rutila lux. Quid Angeli pacis, dum homines declinant? Amare plorant. At simulac è periculo, quod elegerunt, egressi; effulguravit splendor mi-

Matth. 2. 2.

Charitas ita eximiam erga homines, quasi desiceret Angelorum constitutum, ubi Custodia evocatur innotescerium.

Indignit dicuntur non esse, ubi carent digni state.

verf. 9.

Præcedit Custos cu stadii v. 10.

cau.

Rutilat magis en Rodia, ubi spes omnino casta.

cantis astri, Quasi indigni Reges declinatione, favoris; haud cogitarunt participes fore lucis: sed ut videretur, vinci votum, apparuit coruscum stellae lumen, ultra desparatam Regum cogitationem. Viderunt enim stellam, postquam fingerunt Hierusalem Babyloniam. Casis spe apparuit lux, & Angeli ducis studium: ubi lucem stellae vel desperati viderunt: igitur illorum magis fulget cum amore custodia; dum spes omnino casta. Sub tutela insigni cuncti sumus. Tutores, & praedagogos porcentes habemus: rectores, correctores vigilantes, sed amantes; postos, & praepositos nobis, sed concives. Fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt: ait Bern. in Psalm. Qui habitat. Sotium erat, habere comites in hac laethymarum valle, sed non plenum: & ut opus perficiatur, & Angelorum studium; nos ducunt, & perducunt, usque dum videamus Deum. Perficiunt custodiam exhibentes plenam gratiam, nos perferentes tanquam cohortes ad gloriam.

Bern. Fidelis est, & prudent, & potis.

Plena Custodis gratia.

Math. ubi sup.

Stella Magorum nati in praesepio.

Adrich.

Haud quiescit in vigilia, quo usque no bisque per fruuntur gloria.

ducebat ibi. Ibi beatitudinis fons, & nihil ultra, quod melius sit. Dum funguntur officio, nobis sunt praesto: igitur scuta sunt de caelo cadentia (non ut loquuntur Anelia Antiquitas, in patrocinium caelestia scuta; de quibus Ovidius lib. 3. Fastor. Horatius lib. 3. Carm. Od. 17. Iuvenal. Satyr. 2. Tit. Liv. lib. 1. Sueton. in Othob. cap. 8. late Plutarch. in Numa, & Rosin. de Antig. Rom. lib. 4. cap. 7.) in salutem hominum contra aereas potestates, & principem tenebrarum, Cui tristitia bella Iraque, insidiaeque, & crimina noxia cordi.

Scitia calesia.

Virg.

DIDASCALIA XVII.

Virgo Maria thesauraria gratiarum.

Exclamat Virgini addictus corde, & animo ingeniosus diota libel. de Contemplation. Virg. cap. 5. Ideo plauditur florens in mundo Virga Aaronis germinans, & fructificans. Virga est potentiam, florens per gratiarum fragrantiam, fructificans per exhibitionis dulcedinem, ac frondens per sedulam protectionem. Quapropter semper ex iure plauditur Mater, & Virgo, quia Virgo cunctorum mater. Unde Ephrem Serm. de Laudib. Virgin. Portarum (ait) paradisi caelestis reservamentum, clavis caelorum, pax, gaudium, consolatio, salus mundi, ac totius humani generis latitudo.

Idiot. Virga Aaronis Virgo.

Numeri 17, 8.

Ephr.

Claud. Pluvia aurea. Virgo liberalissima.

Idem.

Cant. 7. Per domini, & armit.

Virg. Nomen Virginis pancre sum. Germa.

Auratos Rhodijs imbres nascente Minerva Inauspisse Iovem, prohibent. Cant. Claudianus lib. 3. de Laudib. Stilicon. sed aptius cadit in nativitate Virginis, appositiusque quadrat, quod subdit v. 233. Obscurat viseres, obscurabitque futuros Par donis, armisque manus. O Virgo! Par donis, & armis: unde dicitur dum nascitur: Quod videris in Sulamite, nisi ebrosos castrorum: Igitur quae fidelibus pacifica, infidelibus us caltorum acies progreditur ordinata. Ideo vocatur Maria, illuminatrix, & pugnax: quoniam luce propugnat, & luce expugnat, illuminat, & obcaecat. Magnum Regina nomen obumbrat Multa virum meritis suscitata fama trophais. Virgil. lib. 11. Aeneid. v. 223. In omni tempore, loco, & modo, vite, latitiae, & auxiliij nomen est: ait Germanus Serm. de Zona Virginis, & non nomen vacuum: quippe in qualibet tribulatione, & miseria stat etiam magni nominis umbra.

2. Par donis, & armis Minerva: sed Vir-

Caput ortus Nili later.

Lucan.

Virginis ortus Nili asinistrar. Cant. 1 12. Vel in ortu perfecta.

Inu. Pap.

Omnium mater.

Cant. 6. Quae virgo nascitur?

vers. 8.

Omnino de per- gina.

Virgo uti factum, quam vis esset verum, obsecurat: igitur nubes hominibus nascentem micilli caelestium imbrum, utpote ad arbitrium thesauraria gratiarum. Nili adinitat terram sterilem fecundant: etenim (versus retorquamus) facius consonat, quod Lucanus lib. 10. de Bell. Pharsal. succinuit. Nilum deseribens: Arcanum Natura caput non prodidit vlli, Nec licuit populi parvam te Virgo videre: Amovique sinus, & gentes maluit ortus Mirari, quam nosse tuos.

Virgo nunquam parva semper habet vbera. Duo vbera habet feliciter: deinde qui Dilectus, inter vbera commorabitur. Effertur ideo Aurora, Luna, & Sol. An quia dum Aurora videtur corpore, vt Sol luminare manus rutilat maternitatis luce? Alia est claritas Lunae, alia claritas Solis: attamen in nativitate Virginis, splendor eius vt lux erit. Amora (inquit Innoc. III. Serm. 2. in Assumpt. Virginis) luget in diluculo, Luna in nocte, Sol in die. Nox autem est culpa, diluculum paenitentia, dies gratia. Qui jacet in nox nocte, intueatur Lunam: qui surgit ad diluculum paenitentiae, videat Auroram: qui adimplet legem, respiciat Solem. Transite igitur ad illam omnes, qui concepistis eam: quandoquidem in omni tempore, loco, & modo, quomodo qui cui mater blandiatur, ad vbera portabimini, & replebimini ab vberis consolationis eius: replebimini profecto ab illa, quae cunctis hominibus ostentat vbera: ac inclinabit ex hoc in hoc vt mater, donec grati dilectus inter vbera commoretur.

3. Vbi Virgo in orbem progreditur, filie Sion exclamant: Quae est ista? Responder. Perr. Damian. in Natio. Virg. Nata est sine strepe caeli, ianua paradisi; tabernaculum Dei, stella maris, scala caelestis. Quae est ista: dicitur: Ista ista: quia nihil ultra, nihil supra. Quae est ista? Viderunt eam filiae Sion. Si quaerent, quid quaerent? Nonne gloriae splendorem, dum Virginis viderunt nativitatem? Quid ultra pro humana gloria? Viderunt, exclamantes in ortu: Quae est ista? Viso indicat cognitionis acumen, periodus plausus, orientis admirationem: & quae sit, videntes non vident, vel in oriente; quia Deus ortum Virginis maluit homines mirari, quam nosse. Viderunt. Quid quod viderint? Quid si videntes dicunt: Quae est ista? Incognita est, & cognita. Rara avis in terra. Cognoscit in cognita: id est, cognoscunt esse omnimode peregrinam. Vident, & adhuc Quae est ista? Vtique: fulget obiectum admirationis, obiectum luminis. Refugit intellectum, excedit cogitationis facultatem.

4. Manna vocatur Intellectus a Novarino in Vmbr. & Chrylogono in Mundo Marian. Manna cum viderent filij Israel, dixerunt ad invicem, Quid est hoc? Ignorabant enim quid esset. Deficient verba: vividior est admirationis nota. Quid est hoc? Vident prodigium; sed ignorant, & ad oculum. Sciunt Quod, ceterum ignorant Quid. Vident, quod vident mirantur: quod mirantur, iterum vident: & semper datur admirationi locus, quia vel praevis oculis haud penetrat intellectus. Scit nesciens quid est hoc: & dum amplius scit, dicit Manibus quin comprehendat, quod videt: ac perperam definit, quod non comprehendit. Oculis excipit intellectum, captum lumine copia luminis: & non potuit comprehendere, quia stupefactus, & prodigio peregrino ita correptus; vt gratularetur sibi de facultate, dum habuit admirationi.

Tom. I. Tautol.

tem, & quia illam etiam nascentem non comprehendit intuitus, spectat tantummodo ortus ad admirationem intellectus.

5. Manna vocatur Intellectus a Novarino in Vmbr. & Chrylogono in Mundo Marian. Manna cum viderent filij Israel, dixerunt ad invicem, Quid est hoc? Ignorabant enim quid esset. Deficient verba: vividior est admirationis nota. Quid est hoc? Vident prodigium; sed ignorant, & ad oculum. Sciunt Quod, ceterum ignorant Quid. Vident, quod vident mirantur: quod mirantur, iterum vident: & semper datur admirationi locus, quia vel praevis oculis haud penetrat intellectus. Scit nesciens quid est hoc: & dum amplius scit, dicit Manibus quin comprehendat, quod videt: ac perperam definit, quod non comprehendit. Oculis excipit intellectum, captum lumine copia luminis: & non potuit comprehendere, quia stupefactus, & prodigio peregrino ita correptus; vt gratularetur sibi de facultate, dum habuit admirationi.

Manna intellectus hominum est Maria. Quia suspendit? Quia illam, & cognoscens non cognovit? Quia sine teste creata, soli Deo cognita, vt de Nilo ait Claudian. Epigram. a. v. 10. Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem Secretis de fonte cadens, qui semper inani Querendus ratione latet: nec contigit vlli Hoc vidisse caput. Fertur sine teste creatus. Illustris prostrum alio! Nos alium sensuum delicabimus Tom. 5. Tautol. 3. ad illud Eccli. 24. v. 5. & 12. Primogenita ante omnem creaturam. Creator omnium, & qui creavit me. Vbi rutilabit, qua lege Virgo decus sit natura, palebraque imago, quae summi genium continet artificis: quo encomio plaudatur a Ioanne Geometra Hy mn. 3.

6. Manna est: & quia favore deservit vniuersi quae voluntati, & quia facile convertitur hominum blandimini: etenim in huiusmodi intellectus manna, invenit homo quantum, quale, & quaequid vult. Viderunt eam, & dixerunt: Quae est ista? Quid amplius? Ignorabant quid esset. Viderunt eam, & dixit intellectus: Nescivi. Nescit profecto intellectus, quam obijcit intellectus cogitationi frequens obtutus: & convertitur in admirationem, quia ad obiectum non habet facultatem. Viderunt, verum nesciunt: igitur intellectus expertus intellectus, in cogitatione dotum Virginis Matris. Viderunt, at nesciunt quod viderunt: etenim quo magis praerogativas videbant, plus de charitativibus ignorabant. Viderunt, praedicaverunt, laudaverunt, sed videntes tot

Novar. Chrylog. Exod. 16. 15.

Manna intellectu.

Intellectus copia luminis.

Soli Deo cognita eius pars scilicet.

Claud.

Decum natura pulchra imago, in quare luere genitius artis scilicet.

Invenit homo in Virgine quantum quale, & quaequid vult.

Magi de Virginis excellenti nesciunt quae aliquid quam cognoscit.

Cec exi.